Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Quare deus electos suos tradi in manus sceleratorum putatur:
Quod bonos tortores torquentur & malis bestias de terra auferre deus:- Finiunt quinti libri capitula:-

L. Coelij Lactantij firmiani diuinarum institutionum adúsus gentiles Liber quintus de iustitia ad Constantinum imperatorem incipit. Lege feliciter:-

Non est apud me dubium Constantine imperator maxime: qn hoc opus nostrum: quo singularis ille rerum conditor & huius mensi rector asseritur: si quis attigerit existimet religiosis: ut sunt nimia superstitione imbuentes insectetur & maledictis & uituperio fortasse principio affligat proiciat execretur: seqs in expiabili scelere contaminari atqs astringi putet: si hec aut legat patienter aut audiat: Ob hoc tñ si fieri pot humanitatis iure postulamus: ut non prius dampnes: q uim ūsa ignouerit: Nam si sacrilegis & proditoribus & venefiis ptas defendendi iudicatur: nec predamnari qq magnita causa licet non iniuste petere uidemur: ut si quis ceteris: qui incideritin hec si leget: plegat: si audiet: finem differat in extremum: Sed non hominum ptinatiam: Numq impetrabimus: Timent. ne a nobis reuicti: manus dare aliqn clamante ipsa veritate cogantur: Obstrepunt igitur & intercedunt: ne audiant & oculos suos opprimunt: ne lumen uideant: quod offerimus: quo plane ipsi diffidentiam sue pdite iustitie ostendunt: Cum neqs ignoscere neqs congredi audent: quia sciunt se facile superari. & idcirco discrepatione sapiet sublata pellitur e medio sapientia. Vigetur resurgat Ennius. Et quia student dampnare tamq nocentes. qs utqs sciunt innocentes: constare de ipsa innocentia nolunt: Quasi vero maior sit iniquitas probatam innocentiam dampnasse: q inauditam: sed: ut dixi: uerentur: ne si audierint: dampnare non possint: Et ideo cultores dei sumi hoc est iustos homines torquent: interficiunt: exterminant: nec causas odiorum ipsi reddere possunt: qui tam vehementer oderunt: Quia ipsi erunt: Irascuntur his: qui veram uiam sequuntur & cum corrigere se possint: errores suos crudelibus factis coaceruant: Innocentium cruore inaculantur: